



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Candidatus Abbreuiatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

Pichler, Vitus

Augustae Vindel., 1733

Titulus VI. Ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem,
vel ad sententiam definitivasm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63440)

nes pœnales facit transire ad hæredes & contra hæredes. §. 1. *Inst. de perpet. & temp. action.* 6. interruptit præscriptionem longissimi, imò etiam longi temporis. *l. 26. C. de R. V.* 7. possessorem bonæ fidei in ordine ad perceptionem fructuum constituit in mala fide Juridica, & fictione Juris, ut eos reservare debeat victori. *l. 22. C. eod. l. 38. §. 7. ff. de Usuris.* 8. impedit libelli mutationem, uti dictum. Reliqui effectus se prodent in decursu quoad materias particulares.

TITULUS VI.

Ut Lite non contestata non procedatur ad Testium receptionem, vel ad Sententiam Definitivam.

SUMMARIUM.

1. Regula ponitur in Rubrica.
2. Patitur tamen suas exceptiones.

Cùm litis contestatio sit basis & fundamentum Judicii, hæc Rubrica tradit regulam generalem, ne ante eam recipiantur testes, vel feratur sententia definitiva, per quam dirimitur causa principaliter in Judicium deducta. Si tales actus Judiciales fiant, sunt nulli. *c. 1. 2. h. t.* Habet tamen hæc regula suas exceptiones. Unde

Dico. Etiam lite non contestata recipi possunt testes. I. in causis, in quibus necessaria non est litis contestatio, uti in Summariis, in causa inquit

Z §

sitio.

sitionis &c. & in casu contumaciter non compar-
 rentis Partis: sed quomodo contra contumaces
 procedendum sit, dicitur plenius ad *tit. XIV.* in-
 fra: hic noto, quòd, si Reus contumaciter absit
 in causa Matrimonii, vel in causa beneficii Eccle-
 siastici, v. g. Electionis, & de tali causa liquidò
 constet, etiam procedatur ad sententiam definiti-
 vam. 2. in casu, quo quis timet sibi litem mo-
 vendam; talis enim petere potest à Judice, ut ante
 omnem litem motam recipiat testes rei gra-
 ros, etsi senes non sint, vel aliò profecturi. *c. 41.*
43. de testib. Nov. 90. c. 9. ne nimirum contin-
 gat suo tempore sibi deesse copiam se defenden-
 di; & hæc receptio testium dicitur fieri *ad perpe-
 tuam rei memoriam.* 3. in casu, quo agens in
 causa civili advertit, litis contestationem tam citò
 fieri non posse, ex altera verò parte periculum
 est, ne sibi interea testes subtrahantur, quia v. g.
 sunt valetudinarii, senes, ituri ad bellum vel in
 longè distitum locum, aut oblituri eorum, de qui-
 bus ferre testimonium deberent, aut aliter impe-
 diendi; hujusmodi enim testes recipi possunt ante
 litis contestationem. *c. fin. h. t.* Hoc tamen non
 permittitur Accusatori causam criminalem crimi-
 naliter tractanti, licèt permittatur Reo ad pro-
 bandam innocentiam; quia præstat nocentem di-
 mittere, quàm innocentem condemnare. Unde
 apparet, partes Rei, qui ad se defendendum pot-
 est producere testes etiam non senes, non disces-
 suos &c. tam in causis Civilibus, quàm in Cri-
 minalibus ante litem contestatam, non item Actor,
 qui solùm senes &c. vel Accusator, qui nullos per-
 mittitur producere, in hoc esse favorabiliores,
 quàm Actoris vel Accusatoris.

TITU-